1. Tragicocomoedia de Hierosolymitana profectione illustr. ducis Pomerani .... a Johanne de Kitscher. Stettin. 1594. 40 Seiten.

2. (Zur Hochzeit von Joach. Jos. Rango und Cath. Elis. Wolffrahtia) de Ranganianae gentis .. splendore. von Jo. Gail. Pfennigk. Lübeck 1698. 44 Seiten

3. Joach. Fabricius, Leichengedicht auf Joh. Micraelius. Stettin 1658 72 S.

4. Kurtze Abdankung Ludovici Jacobi " " " 8 S.
u. Verzeichnis von Micr. Schriften (seit 1616)

5. Henr. Schaevius, monumentum literarium " 8 S.

6. Monumentum .... Micraelio ... ab amicis ... Pyricensibus positum. 8 S.

7. Ultimum officium ... manibus ... Micraelii ... sacratum ab amicis .... 8. S.

8. Cupressus ... manibus ... Micraelii .. erecta a Frederico Reimero 4 S.

Domus Micraeliana cum cognato lugens 8 S.

9. Laurea lugubris honori supremo .... Micraelii ... victa et plexa a suis discipulis 20 S.

10. Bustum .... Micraelii ... lachrymis fautorum, affinium et amicorum madidum. 16 S.

11. Francisci Wokenii .... Beytrag zur Pommerschen Historie ..... Leipzig 1732. 266 S.

(11a) Lud. Aug. Würffelii ... dissertatio .. de vena Pomeranorum poetica. Greifsw. 1738. 8 S.

12. Wilh. Engelken, (Einweihungs-Predigt bei Neueröffnung der Marien-Kirche in Stargard. 1661. Stettin 1661. 82 S.

13. Friderich Wagner, Lacrymae Stargardiae .... Danck-Predigt ... bey dem hundert-jährigen Andencken der ... Einäscherung ... Stargardts 1635. Stargard 1735. 38 S.

14. Stargaris oder der Stadt Stargard Glück- und Unglücks-Fälle in einem Schau-Spiel vorgestellet v. M. Christophoro Praetorio Alten-Stettin 100 S.

15. Christoff Heinrich Rühlen, Merckwürdige Himmels-Gestalt: oder Astrologische Gedancken über die vier Neben-Sonnen, welche sich ... den 14. Jun. deß 1667sten Jahres in Stargardt ... haben sehen lassen. Alt-Stettin 1667. 68 S.

16. Hundertjähriges Ehren-Gedächtniß Herrn Peter Grönings .... aufgerichtet von M. Daniel Gottfried Werner. Stargard 1733. 8+96 S.

17. Herrn ... Petri Grönings .... Testamentliche Donation ad pias causas. Publicatum Stargard in Curia den 12. Martii Anno 1631. Gedruckt daselbst ... 1680. 24 S.

18. Joh. Andr. Hiltebrandt, Verzeichniß der Hirten nach Gottes Hertzen .... ~~Stargard 1724~~ Alten Stettin 1724. 8+24+80 S.

19. Nic. Michaelis, Stamina Gryphicum, quo necessitas ... Greifswaldiae anno liberationis suae 1631 exprimitur. Gryphisw. 18 S.

20. Alb. Georg Schwartzen ... Historischer Begriff vom Ursprung der Stadt Greyffswald. Greifswald 1733. 100 S.

21. Alb. Georg Schwartz .. Verkündigungs-Schrifft (zum 500 jähr. Best. der Stadt Greifswald. Anbey ... von dem Alter

und Ursprung der Teutschen Städte insgemein, wie
auch der Pommerschen und Rügianischen insonderheit
handelt. Greifswald (1733). 8 S.

22. Albert Georg Schwartzen ... Einleitung zur Pommersch-
Rügianischen Dörffer-Historie. Erster Versuch vom
Lehn- und Ritter-Guth Ludwigs-burg. Greifswald
1734. 8+28 S.

23. Laur. Matth. Baumann, de templo arcis Stolpensis
... anno 1702. 12 S.

LAUREA LUGUBRIS
Honori Supremo
Viri plurimum Reverendi, Amplissimi & Excellentissimi

DN. JOHANNIS MICRÆLII,

S.S.Theol. & Phil. Doctoris, & Professoris, Illustris Pædagogii Stetinensis Rectoris celeberrimi,


Vieta & plexa

à

Suis Discipulis, Pædagogii ejusdem Studiosis tristitiam contestaturis.

Palæo-Sedini,
E Typographéo Georgii Goetschii, Reg. Pæd. Typothetæ.

THEIOLOGUS MAGNUS, DOCTOR, PATER AT-
QVE PROFESSOR,
PANSOPHUS ILLUSTRIS, CONDITUR HIC-
CE SCROBE.



HINC JUVENES, PHILOMUSI, ET GNATI SPAR-
GITE PICTOS,
AD TUMULUM FLORES! EXIGIT ILLUD
AMOR.

Pierides merito nigro velantur amictu,
Justa etenim longi causa doloris adest.
Hinricus Schelius, Burgo-Femariâ Holf.

E vita bustum M*ICRÆLIUS ivit ad atrum.*
Ast ejus vitæ gloria magna manet.
Fridericus Redtelius, Landsb. N-March.

CAna fides: pietas: & qvod: cum laude: perennat:
Hoc: tegitur: busto: *Sic memorate senem.*
J. J. Calenus.

QVi patris instar eras nobis ô magne MICRÆLI
Dum cadis hem qvantus nos manet inde dolor!
Matthias Denserus, Francof. March.

N*E pereas, Pomeris, videsis modo clade* Micræli,
Palladio Troas nam pereunte perit.
Joachimus à Mörsern/ N. S.

GYmnasii splendor D*OCTOR* M*ICRÆLIUS Eheu!*
Nunc qvorsum tendit? cœlica: tecta petit.
Ertmannus Tesler.

Ah Pater! aſt neqveo, vox mœſta in faucibus hæret;
Si tamen haud poſſum fundere verba gemo.

Chriſtophorus Fridericus Dobbin.

VIcit & emeritus Doctor MICRÆLIUS; ecce!
Qvi veræ Sophiæ lumine clarus, abit.

Elias Hinrici à Rietfeldt, N. P.

QVo fugis, ah! Pater? ah! linqvis nos? forte revivis:
Vivis? ſic, vivis; nec revocandus eris?

Martinus **Kneſeke.**

ET patriæ noſtræ, rapiendo Micrælium ad aſtra:
Pròh dolor! & Muſis, dira minare, Deus.

Godofredus Krupike, Sed. Pom.

HEu! Qvis Fata VIRI TANTI? Qvis funera fando
Explicet? aut poſſit lacrymis æqvare dolorem?

Antonius ab Hefern, Oldenburgenſ.

QVidni nos Muſæ caneremus carmina mœſta?
PRÆSES ubi clauſit lumina morte ſua.
Hic verò in ſtudiis ſic præſtitit omnibus artem
Annis ut dignus Neſtoreis fuerit.

Samuel Sellentin, Sed. Pom.

Ereptum

PRæclarum lumen cecidit Micrælius eheu!
ἥλιος, en, μακρὸς mox qvoq;, credo, cadet.

David Hermannus.

E*Reptum mœstæ lugebant Orphea Nymphæ;*
Luget Cultorem Delius ipse suum.

Christianus Sithman/ Stet. Pom.

HEu! Atlas Patriæ Micrælius occidit ingens
Fundito tu fletus, lugeto novensile numen.

Christoph. Fridrich Hempel/ N. P.

V*Estibus, ô juvenes, luctum profitentibus, ite,*
Occidit en Rector, Relligionis amor.

Jeremias Becker/ Stralſ. Pom.

C*Ui ducti mores sunt ê meliore metallo*
Mortuus in magno floris honore sui.

Caſparus Schlegelius, Sed. Pom.

PRotinus ecce jacet, ſed vivit in arce Jehovæ,
Qvi mihi ſemper erat vitâ jucundior ipsâ.

Jacobus Starcovius, Rügenw. Pom.

Iohannes MICræLIVs Doctor.

ἀναγρ. c in s verſo.

Hoc anno ſalutis demorieris.

OMen ineſt verbis, non caſu hîc cuncta geruntur:
Solus, quæ fient, ſcitq́, docetq́, DEUS.

Johannes Mejer, Stet. Pom.

Nil *parvum* parva hac, mihi crede, qvieſcit in urna,
Sunt Cineres *Magni Theiologi* atq́; *Sophi.*

Ludovicus Dithmarus.

עַד־מָה יְהוָה תַּסְתֵּר הֲבִינֵנִי
חֶלְקִי אֲדֹנָי טוֹב אַתָּה רְפָאֵנִי׃
אֵלַי נְחֵנִי בָּטַחְתִּי דְּבָרֶךָ
תָּמִיד תְּהִי־יָדְךָ עַל־אִישׁ יְמִינֶךָ׃
אָמַר מְאַלְּפֵנוּ לָכֵן בְּטוֹב נַפְשׁוֹ
שִׁיתָה אֱלֹהִים כָּל־אָדָם בְּבֵית קָדְשׁוֹ׃

Samuel Cunitius, Dab. Pom.

CLara columna tui cadit, ô Pataræ, PalatI:
Gloria Pomeridos: Firma columna domus.

Johannes Schneider / *Meſerizenſis.*

U*Rna qvidem cineres tegit, aſt non hæcce perennem,*
Magne Sophûm, famam contegere urna poteſt.

Heinricus Sturmius, Gubenenſis.

HEu! VIR, cui pietas, doctrina, modeſtia laudem
Ex vero tribuit, morte ſuprema petit.

Reinholdus Neuwald, R. B.

Horri-

HOrrida mors lacrymis, precibus, nec flectitur are;
Sed veluti latro cuncta, maligna, necat.

Bartholomæus Greiserus, Reg. Pruss.

MIcræljum Musæ, Ludusq; Ecclesia lugent,
Qvilibet ex ejus funere vulnus habet.

Daniel VVinnemer, Stet. Pom.

O Juvenes Juvenes! ferales ducite lessus,
Et mecum lachrymis ora rigate, precor.
Phœbi namq; decus cecidit MICRÆLIUS, *Eheu!*
Magnaq; nostra salus: ora rigate precor.

Herm. Anthon. von Horn/ Jev. Friß.

VIvere dignus erat Magnus Micrælius annos
Nestoreos. Obiit! *Vivere dignus erat.*

Martinus Gadovius, Starg. Pom.

PLangite Pierides! Cecidit nunc vester Apollo:
Barbiton hoc resonet: Plangite Pierides!

Samuel Christophori, Lesnensis.

Νῦν ποῖος κλαυθμός; λαμπρὸς γὰρ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν
Ἥλιος, ὅσγε ἔην Θεολόγος τε φατός.
Σύμμαχοι οὖν κλαίωσ᾽, ἡμῶν ἀναπαύεται Ἄρχων
Οἷο ἄνευ ἡμεῖς ζωόφεροι μὴ ἔμεν.

Balthasar Düsterhäupt/ *Sold. Neo-M.*

Dum

Dum Vir Clare cadis, merito Te plangimus omnes,
Annos qvi centum vivere dignus eras.

Balthasar Richardus Feisten, Belg. Pom.

NOstri nunc obiit fulgorq; Pharosq; Lycei,
Hei patriæ columen, jam capitur tumulo.

Gothofredus Simon, Sed. Pom.

EPITAPHIUM.

MICRÆLIUS qs. μικρὸς ἥλιος.

FLaVVs In hoC bVsto pVLVIs tegIt ossa MICRÆLI,
PARVVs at Vt soL: sIC gLorIa LaVsqVe nItent.

Philippus Palovius, Rügenvv. Pom.

FLete Decus nostrum rapuit mors, flete sodales!
Flete PARENS abiit, vivere dignus erat.

Christianus Radwaldt, Borussus.

RElligionis amor, Sophiæ decus, ardor honesti
Uno in Micrælî *funere funus agunt.*

Petrus à Mörsern / N.S.

PRoh! cecidit ludi virtus *Micrælius* ingens
Mortis avara manus criminis author erat.

Christian Jacob Hoekendorff, Rugenw. Pom.

Olim

Olim qvem dulci lactarunt nectare Nymphæ,
Hujus in aggesto condimus ossa solo.
Baltholdus Fasike, Starg. Pom.

Tollens *Titanen*, texturam sustulit orbis:
Tollens *Rectorem*, sustulit omne decus.
Petrus Cüselius, Starg. Pom.

Defunctus è capulo.
Heus qvicunq; meam demirans aspicis urnam,
Discas Zenonem cum Xenophonte mori.
Christianus **Müller** / Sed. Pom.

Pallida mors animam evexit Micrælii ad auras
Æthereas, ast nunc ossa tegentur humo.
Dietericus Hökelmann, VVollin. Pom.

Heu! Stetinensi pubes addicta Lyceo
Jam doleat: causam namq; doloris habet.
Daniel **Krüger** / Gryph. Pom.

Lugeat Aonidum chorus ah! chordasq; reponat:
VIR cecidit MAGNUS Pallados arte valens.
Christianus **Albrecht** / Sed. Pom.

Mundus hyems, cœlū ver est: Paradisus amœnus
In cœlo, in mundo tristitiæq; nives.
Christianus Amelunck, Sed. Pom.

M*ICRÆLI hoc tumulo prensantur corpora docti:*
Æthereas sedes mens generosa capit.

Johannes Lochmannus, Sed. Pom.

SIC voluit Deus, ut post vitæ lustra peracta
Micræli Spectes, regna beata Poli.

David Trebbin, Sed. Pom.

F*Lebimus* extinctum? *non, sed nos flebimus ipsos*
Perdidimus multum, perdidit ille *nihil.*

Casparus Quilizius, Sold. N-March.

AD tumulum fertur noster Micrælius, eheu!
Qvem sinet haud unqvā posthuma fama mori.

Georgius Stavenovius, Havelb. March.

V*Ir, qvem lactarunt prædulci nectare Nymphæ,*
Præter spem, fatô non remorante, cadit.

Martinus Pampovius, Cösl. Pom.

Defunctus ex tumba.

C*Orporis exuvias terræ dum tradis avitæ,*
Pegasidum cultor, discito gleba sies!

Fridericus Reimerus, Regio-Boruss.

ERgone ſic poterit *Micrælius* exſpirare?
Qvis putet aut credat: *Numina poſſe mori.*

Chriſtianus Reimerus, Boruſſus.

NOs morimur ſenſim, & momẽto exſtingvimur uno,
Non ſecus ac lampas deficiente oleo.

Franſciſcus Valentin. à Schacken, N. P.

SUPREMUM VALE DEFUNCTI.

O dilecta VALE Conjux! Liberiq; VALETE!
Ad Jeſum migro. Gaudeo. Munde VALE!

Samuel Hornejus, Gryphismontanus.

MAgni *pia fata* Micræli | *Non abs re. Sed qvod in illo*
Lacrumis cur fletis acerbis? | Schola noſtra *jacere videtur.*

Fridericus Gerich / Jacobsh. Pom.

FAcundum, Doctumq; Virum deflete Camœnæ;
Egregiè multos edocuit Juvenes.

Chriſtianus Redeſius, Golno â Pom.

EPITAPHIUM.

HIc jacet in tumulo Vir clarus laude relicta,
Cujus Doctrinam luget delecta Juventus.

Zacharias Freygang / Pyriciâ Pom.

EXcellens Doctor Stetini clarus honore
Nos linqvens, ſuperis cœlica regna ſubit.
Matth. Theoph. Stregerus, Regiom. NeoM.

AH! nos deſeruit noſter Micrælius omnes,
Doctorem nobis da Deus alme parem!
Dietericus Albertus, Spand. March.

EHeu! Pieridum columen ſua lumina clauſit,
Nunc decus omne jacet: flete dolete virum.
Reinholdus Matthias, Sed. Pom.

HEu dolor! heu luctus! buſto nam conditur atro
Aönidum præſes, qvi modo gnavus erat.
Chriſtianus Hildebrandus, Rügenvv. P.

TEmpora cinge cohors triſti Phœbea cupreſſo
Namq; tuus Præſes morte potitus abit.
Gothofredus Schmidt/ *Sed. Pom.*

GRex paſtore carens, navis qvam nemo gubernat,
Magne vir, hoc qvoq; nos poſt tua fata ſumus.
Andreas Groß/ Rügenvv. Pom.

MOrs dum credentes tardè aut citò corripit, illis
Pandit iter cœli. Qvid nocet ergo? nihil.
Petrus Perſon, S. P.

Μικρου ἀελίοιο πατρὶς κόσλω· Ταφὰ ὧδε.
ἐν θνατοῖς Φάμα· ἐν μακάρεσσι ψυχά.

Martinus Crovecenus, Schlaviâ Pom.

ΕΠΙΤΥΜΒΙΟΝ.

QVi fuit in toto clarus MICRÆLIUS orbe,
Inter cœlicolas clarior ipsus erit.

Martinus Coccius, Sclav. Pom.

ARtes qvi docuit, mores qvi ritè polivit,
Nunc jacet, heu subito! contumulatus humo.

Fridericus Siefert, Pyr. Pom.

O Mors! qvam tristes nos reddis, qvā lachrymantes!
Qvando Virum hunc nostris eripis ex oculis.

Christianus Carovius, Colb. Pom.

HEu! cecidit *Ductor* juvenum fidissimus ille:
Sed cecidit, DOMINO staret ut usq; suo.

Georgius Thoris, Rügenw. Pom.

FLent Micræliadem Parnassia numina vatum.
Atrā & Latoides syndone membra tegit.

Gustav. Henr. à Schwallenberg/N.B.

STetinum luge, simul & vos germina Phœbi
Nam rapuit *Magnum* trux Libitina *Virum*.

Henricus Eggebrecht/ *Rostoch. Megap.*

HEu! cecidit decus, illustris columenq; Lycæi,
Jam lugent Musæ: Pietas gemit, ipsaq; Virtus.

Nicolaus Grischovius, Ancl. Pom.

Επιτάφιον.

NOtus Ego hinc alta ad Micrælius astra, Viadri
Famosæ Gentis Custos, Famosior ipse.

Fridericus Schütte/ *Pyric. Pom.*

EHeu! jam cecidit clarus MICRÆLius arte,
Musarum lumen, Gymnasiiq; decus.

Georgius Zacharias, Pyriz. Pom.

QVi multos annos multis benè præfuit arte,
Proh dolor! extremū HIC clausit in orbe diem.

Petrus Schünike/ *Jacobsb. Pom.*

EPITAPHIUM.

IN terris qvi Magnus erat, nunc major Olympo
Illius in tumbâ hac molliter ossa cubant.

Christianus Malchin, Sed. Pom.

Cur fugis heu noster Rectorq; Parensq; *Micræli*, &
De cathedra docto desinis ore loqvi?

Jacobus VVinnemer, Stet. Pom.

Mors

MOrs ſtraviſti illum qvem laudat docta Libethra.
Occidas corpus, facta necare neqvis.
Fridericus VVitſcheibius, Reg. NeoM.

EHeu Muſarum ſummum jacet incrementum
Qvis noſtrum lachrymis non lavet ora piis.
Paulus Bakius, VVism. Megap.

SEdini DAPHNIS *moritur,* Pomerania *luge.*
Et ne ovium detur cura, caveto! lupo.
Joh. Adolph. à Barſtorff/ Nob. Megap.

QVamvis ſis dictus parvus, tamen acta reclamant:
Nomine qvi parvus omine magnus eras.
Arnoldus à Benekendorff, Nob. NeoM.

PLangite Pierides, cecidit jam veſter Apollo,
Heu cecidit ductor, docta juventa, tibi.
Georgius Schmidt/ *Damô Pom.*

ΕΠΙΤΥΜΒΙΟΝ.

HÆCCE VIRUM urnæ tenet, qvo non præſtantior alter
Doctrina, eloqvio vel probitate fuit.
Ille qvidem Euboici transſcendere pulveris annos,
Seclaq; cornicum vincere dignus erat.
Verùm ſat vixit, cujus dum ſidera cœlum,
Dumq; colent piſces æqvora, vivet honos.
S. Matthiæ, Livonus.

EPI-

EPITAPHIUM.

COnditur heic tumulo Doctor Micrælius atro:
Ast ejus terris fama decusq; volat.
Joach. Christoph. Fabro, VVism. Meg.

SQvalet Parnassus, friget Permessidos unda,
Flent Musæ: qvoniam demptus Apollo sibi.
Gabriel Zisemer, Stet. Pom.

HEu! cecidit Rector! O lamentabile fatum!
Non potuit gravius nigra nocere Dea.
Gabriel Mindingius, Stolp. Pom.

SCilicet à Lachesis telo demersus acerbo,
Occubuit, nostri fama decusq; chori.
Michael Schmidt/ *Sternb. Megap.*

DOcta senecta, nitens habitus, sapientia, candor.
Uno in Micræljo funera dura patrant.
Joachimus Backhauß/ Dam. Pom.

VIr magnus *Micrælius* est jam mortuus, eheu!
Ast non mortuus *est*; vivit in arce poli.
Jacobus Bernhardus, Maß. Pom.

EXuvias etsi magni tenet urna Micræli;
Fama tamen nostris mentibus usq; cubat.
Otto Rahnæus, Stet. Pom.

Ob-

OBstupuit Patriæ clades in funere magni
Micrælî Viadrus, diriguitq; simul.
Otto Starcke, Stet. Pom.

SIste pedem, qvorsum Doctor clarissime tendis?
Ad superos flecto, vosqve valete, precor.
Christianus Neccerus, Pyr. Pom.

TRisti te merito Micræli pectore flemus,
Qvi linqvens terras scandis ad astra poli.
Samuel Neccerus, Pyr. Pom.

PRæmia doctrinæ, simul & pietatis adeptus
Micræljus Jesu vulnere vivit ovans.
Isacus VVesman, Arotg. Svecus.

Metamorphosis Lauri in Cupressum.

QVi modo cinctus erat viridi diademate LAURI
Hic modò CUPRESSI germine tectus abit.
Johanne Geyken, Elbing. Boruss.

MAgnus Alexander perfusus rore Coronæ:
Magnus Micræljus mortuus ab fle Helicon.
Jacobus Alerdt, Sed. Pom.

PRoh! cadit ante diem MICRÆLIUS arte peritus,
Qui nobis puro protulit ore DEUM.
Zacharias Seidendorff/ *Rügenw. Pom.*

C *Alter*

ALter Elisæus, voveo, tibi Pomeris adsit:
Mortuus Elias, currus, eqvesq; tuus,
Nicolaus Kirstenius, Hamburgensis.

TIgridis Armeniæ suxerunt ubera dura
Qui tanti renuunt fata dolere Viri.
Georgius Christianus à Massow, N. P.

O Lachrymosa dies, qva funus triste videre,
Cogimur eximii Nobilitate viri.
Georg. VVolffg. Zimmerman, Stolp. P.

QVod sapuit Cecrops, Latiũ, Stoa, qvodq; Lyceũ,
Hic sapuit; juvat ast nunc sapuisse DEUM.
Ludovicus **Küetz** / *Sed. Pom.*

PROH! PIETAS. PATRIÆQVE. DECUS. MICRÆLIUS. ILLE.
DIVINUS. MORITUR. NONNE. COLUMNA. CADIT?
Paulus **Fuchs** / Stetinensis.

ECce piè moritur, justus, placideq; peremptus
Vivit, & ut Sidus splendet in arce DEI.
Theodorus Buchner, Stralf. Pom.

PLangite Thespiades, Ecclesia, Gymnasiumq;:
Nam periit vobis CURA, COLUMNA, CAPUT.
Johannes à Bohlen, Nob. Pom.

Sistite

SIstite vos, luctusq; novi date signa, Camœnæ
Heu obiit vester præses Apollo diem.

Henricus Tornovius, Sed. Pom.

Αὔξιν ἔχει μὲν μοῖρα πικρὴ· ἀλλ᾽ ὄνομα ἀνθεῖ,
Καὶ ψυχὴ κτάεται ἀστερόεντα πόλον ἐποίησε.

Christianus Gentzkow, Sed. Pom.

Joannes Micrælius Doctor
κατ᾽ ἀνάγρ.
Duro: certa in cœlis mansio.
Defunctus loqvitur:

CAlculus heu! corpus vexavit: sed bene *duro:*
Restat enim *in cœlis mansio certa* mihi.

Matthias Mann, Elbinga-Pruß.

DEplorem mentis niveæ, vel dona senectæ?
Ah doleo eximium sic periisse Virum.!

Johannes VVartman, Elbinga-Pruss.

SIstite vos flentes, nam qvos mors atra diremit,
Post paulum superâ junget in arce Deus.

Fridericus Sandhoff / *G. P.*

Conqverar an taceam? vetus id modò dicere fas est:
Nulla ferent talem secla futura virum.

Ericus Pelshofer, Sed. Pom.

Affi-

AFfinem *parvum* qvamvis TE nomine dicant:
Re tamen es *major*, qvod tua scripta probant.

Johannes **Richter** / *Neog. Pom.*

ΣΜερδαλέος θάνατος ΜΙΚΡΑΙΛΙΟΝ ἔλλαβε κεδνὸν,
Ζῇ δὲ ἐν ὀλύμπῳ ἀστερόεντι ἀεί.

Johannes Tetenbornius, Pyr. Pom.

P*Ro Christi fortis pugnasti dogmate*, CLARE,
VIR, *nunc in cœlo præmia mille capis.*

Johannes **Weise** / Sed. Pom.

OCcumbit fato MAGNUS MICRÆLIUS eheu!
Pindicolæ lachrymis condecorate virum.

Balthasar Zeunke, Pyr. Pom.

EPITAPHIUM.

V*Irtutis splendor jacet hic sub marmore duro,*
Qvi terrâ dignus semper erátq; polo.

Daniel **Himler** / Stet. Pom.

TE patre defuncto, nos gnatos nulla salutis
Spes manet: ah similem da pater alme patrem.

Christoph. Croll, Sed. Pom.

(?)